

R.R II  
45

Med. 159

GOSWINI IOS. DE BVININCK,  
IN SERENISSIMI, AC POTENTISSIMI PRIN-  
CIPIS ELECTORIS PALATINI, QVA DVCIS  
IVLIIACENSIS, AC MONTENSIS AVLA  
CONSILIARII,

# MEDITATIONES

DE

## NOVELLATORIBVS.

---

---

KLIMIVS

*in Itinere subterraneo Cap. IV.*

Tunc ego mecum: Hei! quid de  
Novatoribus nostri orbis hic fieret,  
Qui sub specie publicæ utilitatis  
Quotidie novas meditantur leges,  
Non statui publico, sed privatis  
Quæstibus ancillantes.



—————  
DVISBURGI ET DVSSELDORFII,  
APVD G. C. HOFFMANNVM, ACAD. BIBLIOP.

M D C C L X.





MEDITATIONVM  
CONSPECTVS GENERALIS  
MEDITATIO I.

DE

VARIIS NOVELLATORVM GENERIBVS.

- §. 1. *Homonymia vocis: novellare.*  
§. 2. *Novellatoris nomen cur hodiedum exosum.*  
§. 3. *Novellator quis dicendus.*  
§. 4. *Novellatores sunt vel boni, vel mali.*  
§. 5. *Exempla bonorum.*  
§. 6. *Exempla malorum.*  
§. 7. *Novellatores dein dispescuntur in solidos, atque infolidos.*  
§. 8. *Infolidus BOCCALINI.*  
§. 9. *Exemplum solidioris.*  
§. 10. *Alia novellatorum divisio in rationales, atque Empiricos.*  
§. 11. *Demum dividuntur in felices, atque infelices.*  
§. 12. *Felicium numero adscribitur PETRVS I. magnus  
Russiæ Dux.*  
§. 13. *Transitio.*

MEDITATIO II.

DE

NOVELLATORIBVS CIRCA ARTES, ET  
SCIENTIAS.

- §. 1. *Novellatores circa artes, & scientias merentur laudem.*



- §. 2. *Excipiuntur tamen hi, qui inanibus artibus, & scientiis operam navant.*
- §. 3. *Uti etiam lucubratores artium, & scientiarum bonis moribus adversarum, vel in detrimentum Reipublicæ vergentium.*
- §. 4. *Sciēptiæ bono Reipublicæ contrariæ quæ?*
- §. 5. *Notatur Comædia & bono Reipublicæ, & bonis moribus adversa.*
- §. 6. *Transennaliter notatur Autor concubinatum defendens.*
- §. 7. *Excipiuntur porro novellatores impii, et in fidem Christianam injurii.*
- §. 8. *De novellatoribus assentantibus remissive.*

### MEDITATIO III.

DE

NOVELLATORIBVS CIRCA CAVSAS

RELIGIOSAS.

- §. 1. *Materia religiosa Novellatorum feracissima est.*
- §. 2. *Diviso novellationum, quæ circa religionem fiunt.*
- §. 3. *Essentialia religionis Catholicæ omnem novellationem respuunt.*
- §. 4. *Apud alios quidem admittunt, interim novellatio periculi plena.*
- §. 5. *Præsertim in Imperio Romano-Germanico.*
- §. 6. *De jure reformandi statibus Imperii competente remissive.*
- §. 7. *Autor dolet profecionem ANTONII DE DOMINIS.*
- §. 8. *Contra ridet, ac destruit templum Pacis a Domino DE LOEN adstructum.*

§. 9.



- §. 9. *Accidentalibus religionis novellationi subjacent.*  
§. 10. *Non tamen sine discrimine novellandum.*  
§. 11. *Excipitur casus necessitatis, aut majoris utilitatis.*  
§. 12. *Disciplina ecclesiastica novellatione indiget.*  
§. 13. *Novellationes quænam necessariae?*  
§. 14. *Persecutio argumenti.*

## MEDITATIO IV.

### DE

### NOVELLATORIBVS CIRCA CAVSAS POLITICAS.

- §. 1. *Distinctio Politicæ inter, et Politiam.*  
§. 2. *Antiquæ leges non innovandæ.*  
§. 3. *Etiam si sint imperfectæ.*  
§. 4. *Exigente necessitate, aut utilitate leniter, et pauxillatim suscipienda novellatio.*  
§. 5. *Leges sumptuariæ multum proficiæ.*  
§. 6. *Et primoribus potissimum scribendæ.*  
§. 7. *De novellationibus circa rem judiciariam, litiunquæ abbreviationem remissive.*  
§. 8. *Referuntur nonnullæ novellationum species circa rem nummariam.*  
§. 9. *Quæ tamen improbantur.*  
§. 10. *Excepto casu extremæ necessitatis.*  
§. 11. *Novellationes circa tributa frequentissimæ.*  
§. 12. *Non tamen adeo faciles.*  
§. 13. *Ut plurimum malæ.*  
§. 14. *Malarum sequela, atque eventus.*  
§. 15. *Memorabilis historia Comitis DE BVCKINGHAM.*  
§. 16. *Quo locupletius ærarium, eo potentior Respublica.*  
§. 17. *Locupletandi modi adducuntur tres.*



- §. 18. *De Parsimonia.*  
§. 19. *Commercium dividitur in extrinsecum, atque intrinsecum.*  
§. 20. *Commercium extrinsecum Reipublicæ utile.*  
§. 21. *Intrinsecum contra damnosum.*  
§. 22. *Regula de novellatoribus circa commercium.*  
§. 23. *De Agricultura.*  
§. 24. *Sub agricultura quæ continèantur?*  
§. 25. *De adductorum supra modorum applicatione.*

## MEDITATIO V.

DE

NOVELLATORIBVS CIRCA CAVSAS  
PVBLICAS.

- §. 1. *Definitio causarum publicarum.*  
§. 2. *Batavus WITT novam Rempublicam erigere tentabat.*  
§. 3. *Cardinalis MAZARINVS acquisitionem Regni Hispanici meditatus est.*  
§. 4. *Meditatio Comitis DE MONTEREY de eadem re.*  
§. 5. *Gallorum Meditatio de translatione Sardinia.*  
§. 6. *Respublica variis modis immutatur.*  
§. 7. *Respublica qui defendatur.*  
§. 8. *Regula de eadem re.*  
§. 9. *Qui Rempublicam armis defendere vult, in media pace ad arma se præparare debet.*  
§. 10. *Fædera a potentibus num ineunda?*  
§. 11. *De vi ac virtute pecuniæ.*  
§. 12. *Illa cui suppeditanda?*  
§. 13. *In hanc regulam a quodam Principe peccatum.*  
§. 14. *Meditatio Electoris Brandenburgici de conservanda Pomerania.*

§. 15.





- §. 15. *Meditatio Cardinalis MAZARINI de extendendis finibus.*  
§. 16. *Meditationes de dividendo Hispaniæ Regno.*  
§. 17. *Anglia attentatæ perturbationis insimulata.*  
§. 18. *Exemplum imminutionis.*  
§. 19. HIPPOLYTHI, *meditatio de extirpanda Domo Austriaca.*

## MEDITATIO VI.

DE

CHARACTERISTICIS NOVELLATORVM NOTIS.

- §. 1. *Omnes notæ characteristicae recenseri nequeunt.*  
§. 2. *Characteristica nota Novellatoris boni.*  
§. 3. *Dignoscitur ex antecedentibus.*  
§. 4. *Ex consequentibus.*  
§. 5. *Ex ipso opere.*  
§. 6. *Insimulque ex modo proponendi.*  
§. 7. *De novellatorum ætate.*  
§. 8. *Mala nota characteristica.*  
§. 9. *Alia mala.*  
§. 10. *Novellatio Rempublicam perturbans quando bona.*  
§. 11. *Character solidorum novellatorum.*  
§. 12. *Characteres insolidorum novellatorum.*  
§. 13. *Characteres Novellatorum rationalium, atque Empiricorum.*  
§. 14. *Character felicium, infeliciumque novellatorum.*

## MEDITATIO VII.

DE

NOVELLATORVM GEOGRAPHIA.

- §. 1. *Ad novellandum requiruntur majores facultates, & plenior cogitandi libertas.*



- §. 2. *Hinc dives, ac liberior tellus rationalium novellatorum patria.*
- §. 3. *De quadam Republica novellatoribus necessaria denegante.*
- §. 4. *Patria novellatorum insolidorum, atque empiricorum universus orbis.*
- §. 5. *Bene gubernata Respublica bonorum novellatorum patria, & corrupta malorum.*
- §. 6. *Patria felicium, & infelicium novellatorum respublica, cui fortuna præest.*
- §. 7. *Conclusio.*





## INTROITVS.



Cum (quod absque ulla arte divinatoria, ac prophetica facile quis prævidere poterat) Urbi nostræ summam diem, diem scilicet obsidionis, diem luctus, diem excidii venire persentiscerem; inter arma leges filere, atque Calliopen hostili curru inconcinne circumduci ratus, litterariam suppellectilem meam tempestivus confarcinabam, ac paulo post largas inter lacrymas valedicens civitati, valedicens foro, valedicens domui, valedicens Musæo vicinum petebam locum. Procul negotiis, procul libris, genioque unice relicto mihi nil supererat, quam cogitare, ac, quod exinde profluit, innumeros conceptus, qui græce ἐνοῖαι ἐνθυμῆ ματα, atque etiam dicuntur, fabricari, atque ideas formare. Mox universi me occupabat systema Imperii, mox de particularibus sollicitus eram ditionibus, mox commune Europæ malum me involvebat, mox pertractabam variam Martis aleam, mox possibiles futuræ Pacis con-



ditiones animo obverfabantur, mox sortem, fortunamque meam contemplantur, mox propria mea damna me movebant, mox in admirationem hostilis citationis raptabar, mox aliorum fata novas curas injiciebant, mox medicinam parare allaborabam, mox castra, bellicique apparatus largam cogitandi materiem suppeditabant, mox duram agricolarum aspiciebam conditionem: mox inconsulta, quæ minus æquus Amaryllidis meæ servus suggerebat, consilia variam in partem me agitabant, mox etiam cum Marone agrestem meditabar musam. Verbo: tot, tantisque conceptibus implicabar, ut me in fine deviantem comprehenderem. Quocirca revocavi animum, et Novellatores, seu conceptuum fabricatores, eorumque naturam, conditionem, qualitates, genera, notasque characteristicas penitus perscrutari aggressus sum. Atque hæc præsentium origo est meditationum, quas apud Ubios hospes, medios inter armorum strepitus absolvi, textus contra, allegationesque jure postliminii quasi restitutus ad Aquam Dusselam decima quarta Octobris 1759.



MEDI-



## MEDITATIO PRIMA.

DE

VARIIS NOVELLATORVM GENERIBVS.



§. I.

ovellare, græce *νεώσαι*, vel *νεώσαι* proprie quidem (ut CALVINVS a) notat) significat novum agrum colere, seu novas vites pangere. Ita SVETONIVS b) de Domitiano scribit:

*Edixit, nequis in Italia novellaret.* Improperie tamen, & per Metaphoram sumi potest pro invenire aliquid novi, illudque in actum redigere conari. Unde & Novellator recte compellatur is, qui rem novam excogitat, atque effectui dare tentat. Equidem fateor, hanc vocis significationem non ita esse obviam. Interim cum teste TVLLIO c) tanta verborum copia non sit, ut res omnes suis certis, ac propriis vocabulis nominentur; quandoque voces a nativa, & propria sua significatione ad aliam transferendæ sunt. Etenim

*verbis*

a) in *Lex jurid.* voce *novellare.*

b) in *Domitiano Cap. VII.*

c) in *orat. pro Cæcinnâ.*

verbi (sunt verba Oratorum Principis) d) *translatio instituta est inopiæ causa, frequentata delectationis.* Quare & Ego deficiente proprio rei nomine translata potius, quam impura, barbara, seu alienigena voce uti malui, recordatus illius, quod SENECA e) in pari occasione jam tum admonuit. *Quod dico, non videbitur durum, quamvis primo contra opinionem pugnet tuam, si te commodaveris mihi, & cogitaveris, res esse plures, quam verba. Ingens copia est rerum sine nomine, quas non propriis appellationibus notamus, sed alienis, commodatisque. Pedem & nostrum dicimus, & lecti veli & carminis: canem & venaticum, & marinum, & sydus. Quia non sufficimus, ut singulis singula assignemus: quotiens opus est, mutuamur.*

## §. 2.

Novellatoris nomen hodie dum exosum est, ac vix non exitiale. Undenam hoc? A re ipsa recedimus, & cum vulgo loquimur & sentimus. Videmus etiam, & qui in hoc mundo, qui in maligno positus est, aliter contingere potest, videmus plures novellatores malos, quam bonos, atque ita (ut philosophice loquar) a potiori sumimus denominationem. Verum vulgarem deponamus errorem & oculis omnino indifferentibus Novellatorum intuebimur, illique ea prædicata haud præoccupati attribuemus, quæ subjecto reapse conveniunt.

## §. 3.

Novellator non tantum cluet, qui rem novam, & ante hunc diem inauditam, & hæcenus nemini cognitam enucleat, atque adinvenit: sed & si quis rem alibi modo cognitam de loco in locum affert, atque introducit,

d) de Orator. Lib. III. Cap. 38.

e) de beneficiis Lib. II. Cap. 34.

ducit, jure illum novellatorem salutaveris. Ita (ut exemplis rem illustremus) recte novellator audit Evander, qui referente VIRGILIO f) profugus ex Peloponneso autoritate magis, quam imperio regebat loca, venerabilis vir miraculo literarum, rei novæ inter rudes artium homines. Ita pariter novellatoris nomen meretur, quisquis refricat quampiam vectigalis speciem, quæ vel cum Evandri Matre abhinc seculis abolevit multis, vel cujus injustitiam præter innumeros Theologos modo demonstratum ivit doctissimus CABASSYTIUS g).

## §. 4.

Quicumque novellatorem agere gessit, ut arte inveniendi polleat, necessum est. Hæc vero, ars nempe inveniendi, sive a priori, sive a posteriori sumpta consistit teste celeberrimo WOLFIO h) in excitatione idearum materialium in cerebro operationibus animæ convenienter facta. Ideas excitare nemo potest, quin cogitet, & cogitare nemo potest, quin percipiat, & appercipiat. Jam vero percipimus secundum nostros affectus, seu (ut cum laudato Philosopho i) magis philosophice loquar) præsentem rei, quam appetimus, perceptionem in prævisam, perceptionem contra rei, quam averfamur, præsentem in partem contrariam perceptionis prævisæ mutare, seu impedire conamur, ne perceptioni prævisæ in nobis sit locus. Facile hinc colligendum, quales affectus, tales & nostras existere perceptiones, tales & cogitationes, tales & ideas. Sicuti exempli causa homo animalis non appetit, seu non affectat ea, quæ sunt spiritus, ita nec percipit ea quæ

f) de rer. inventor. Lib. I. cap. 6.

g) in jur. Canon. Theoria &amp; praxi Lib. VI. C. XIX. §. 8.

h) in Psycholog. rational. Sect. I. C. IV. §. 479.

i) ibid. Sect. II. Cap. I. §. 504.

quæ sunt spiritus, ita nec de spiritualibus cogitat, ita nec spiritualium ideas excitat. Unde porro consequitur, quod, si affectus sunt boni, bonus pariter fit novellator, contra si affectus pravi, & novellator pravus existat.

## §. 5.

Bonus novellator erat HENRICVS IV. Galliarum Rex, quippe qui varii generis artificia instituit, redditus brevi annorum spatio mirum in modum amplificavit, universumque Rei Francica statum ita ordinavit, ut (ceu DE BVSSIERES k) adnotat) oppleto nulla plebis miseria ærario, ac copia rerum omnium in regnum invec̃ta, Francia jam oblita calamitatum, otio indulgens, & voluptatibus, indigeret bello, quo sanum corpus ad saniolem mentem revocaret. Bonus Dux de SVLLY, dignus omnino, cui alte fatus Rex Henricus l) scriberet „Vous sçavez par beaucoup de choses, qui se sont passées touchant mes Maitresses (qui ont été les passions, que tout le monde a creu les plus puissantes sur moi) si je n'ai pas souvent maintenu vos opinions contre leurs faintaisies, jusques à leur avoir dit, lors-qu'elles faisoient les accariaftrés, que j'aimerois mieux avoir perdu dix Maitresses comme elles, qu'un serviteur comme Vous, qui m'êtes nécessaire pour les choses honorables & utiles: Je quitterai plutôt Maitresses, amours, chiens, oyseaux, jeux, brelands, bastimens, festins, banquets, & toutes autres dependes de plaisirs & passetems, que de perdre la moindre occasion & opportunité, pour acquérir honneur & gloire, dont les principales, après mon devoir envers Dieu, ma femme, mes enfans, mes

k) Histor. Francic. Lib. XXIII. num. 21. pag. m. 584.

l) Memoires par Maxim. de Bethune, Duc de SVLLY P. III. Tom. V. p. 243.



„mes fideles serviteurs, & mes peuples, j'aime com-  
 „me mes enfans, font, de me faire, tenir pour prince  
 „loyal, de foy & de parole & de faire des actions fur  
 „la fin de mes jours, qui les perpetuent & couron-  
 „nent de gloire & d'honneur. Bonus ὁ πᾶν CON-  
 RINGIVS. Id quod inter cætera comprobatum de-  
 dit, dum consulenti FRIDERICO WILHELMO Ele-  
 ctori Brandenburgico m) consulebat: „Bors andre  
 „aber muß dahin gearbeitet werden, damit der Untertha-  
 „nen Gemüther, absonderlich an denen Orten, da eine  
 „Revolte zu befürchten, genommen, jedoch dabey der  
 „churfürstliche Respect erhalten werde. Beydes kann  
 „man erlangen, einmal wenn denen Unterthanen zur Un-  
 „gebühr nichts wird aufgebürdet, und der lieben Justiz  
 „ihr freyer Lauf gelassen wird, nämlich durch rechtmäßige  
 „Bestrafung wird ein jeglicher in schuldiger Gebühr gehal-  
 „ten, achte auch dannenhero, daß so wohl in Preußen als  
 „an den Clevischen absonderlich, weil allda die Untertha-  
 „nen ziemlich aus den Schranken treten, eine Severität zu  
 „gebrauchen, jedoch nur in privatis delictis singulorum,  
 „dann in publicis multorum man der Schärfe gelindere  
 „Mittel vorziehen muß. Wo auch der Respect und Ge-  
 „rechtigkeiten gefallen, müssen dieselbe, jedoch sensim und  
 „nicht auf einmal, oder mit einer Behemens, hinwieder  
 „redressiret werden, welches durch verständige Diener al-  
 „lerseits ohnschwer stehet zu repariren, zumalen ihnen das-  
 „selbe in geheim ernstlich wird anbefohlen, wie man denn  
 „auch in geheim eines jeglichen Orts Gebrechen am aller-  
 „besten kann erkundigen und gute Anstalt pro rei cujus-  
 „que statu & conditione machen, und ist diese Vorse-  
 „henheit am allermeisten nöthig in denen Clevischen und  
 „Preußischen Ländern, absonderlich in jenen. In denen  
 „Mar-

m) Vid. Consilium an Friedrich Wilhelm, Churfürsten zu  
 Brandenburg wegen seiner Länder, quod exstat in CON-  
 RINGII Oper. omni, Tom. I. pag. 984.



„scopus, honorem ut deponeret. Sed is, cujus in-  
 „flinctu in præcipitium hoc inciderat, hostis humani  
 „generis, huic tam laudabili Diœcesi infestus, ratus  
 „se occasionem nactum, iram suam nunc tandem in hanc  
 „Ecclesiam evomendi, omniaque sursum & deorsum  
 „vertendi, aliud meditabatur. Interecebat Archi-  
 „episcopo magna familiaritas cum Comite Solmensi,  
 „Nuenario, aliisque Calviniani dogmatis hominibus.  
 „Illi nequaquam propter matrimonium Electoratus  
 „atque Archiepiscopatus dignitatem relinquendam esse  
 „ajunt: non repugnare Sacerdotium & matrimonium  
 „persuadent: Sacras literas & Imperii constitutiones,  
 „pro hac sententia militare dicunt. Mulier quoque  
 „(quæ majoris erat apud ipsum auctoritatis, quam omnes  
 „Ecclesiæ Canones & decreta, omniumque patrum  
 „definitiones) quotidianis blanditiis eum non difficul-  
 „ter in hanc sententiam pertraxit: in affectuum enim  
 „atque perturbationum imperio, exulet omnis ratio,  
 „sanumque judicium. Vilum itaque fuit (ut ad sco-  
 „pum hunc perveniretur) Religionem mutare: idque  
 „non statim, sed per occasionem faciendum esse,  
 „Malus quoque compellendus **CRONVELLIVS**, formi-  
 „dolosissimus domi, forisque protector, eo (ut **PVE-  
 FENDORFII** o) verbis utar) *inprimis artificio clarus,*  
*quod non alius mortalium in re divina dissentiones peri-*  
*tius accommodare ad suam utilitatem potuit: dum suo*  
*quamque sectam sensu abundare, & suo modo operari*  
*sacris sineret, singularum sibi studia conciliabat. Qua re id*  
*consecutus est, ut diviso religionibus populo omnis coeundi,*  
*& in eum conjurandi facultas præriperetur. Malus deni-*  
 que, imo & omnium pessimus **MACHIAVELLVS** natura  
 teste **IOVIO** p) perargutus & docilis, falsique judicii ple-  
 nus,

o) in *Introduct. ad Historiam C. IV. §. 29.*

p) in *Elogiis Viror. Doctor. Cap. 87.*

nus, irrisor, Atheus, tantusque nequitiarum inventor,  
 ut vere de eo ANTIMACHIAVELLVS q) „scribat  
 „Principem Machiavelli periculosissimis, quotquot post  
 „homines natos scripta, & in lucem edita sunt, ope-  
 „ribus semper adnumeravi. Liber iste non potest non  
 „in manus Principum, aliorumque, quibus politica  
 „ad palatum est, incidere. Quid proclivius est ado-  
 „lescenti gloriæ, & laudis avido, cui neque animus  
 „adeo confirmatus, nec tam intelligens est iudicium,  
 „ut bonum a malo caute internoscere possit, quam ut  
 „illis politicarum artium consiliis, quæ cupiditatibus  
 „suis lenocinantur, corrumpatur. Quod si vero turpe  
 „est, hominis privati, leviter tantum rerum in orbe  
 „gerendarum momenta attingentis, puram, atque in-  
 „tegram mentem illecebris irretire: quanto turpius  
 „erit Principes mala disciplina depravare, quos popu-  
 „los gubernare, justitiæ pertes agere, ejusdemque  
 „exemplo civibus suis præluce, bonitate magnanimi-  
 „tate & misericordia vivam, spirantemque supremi nu-  
 „minis imaginem præ se ferre oportet.

## §. 7.

Quantumlibet recta ratio in omnes, quotquot exi-  
 stunt diffusa sit mortales: non omnes tamen æque ra-  
 tionabiliter operantur, neque æque fideles eam sequun-  
 tur ducem. Alii singula judicia successively formant, ad  
 notiones irresolubiles propius accedunt, principio re-  
 ductionis heuristicae utuntur, demonstrationes comple-  
 tas, atque ordinatas dant, nulla ex parte industriam  
 suam desiderari patiuntur, atque ita solide agunt. Alii  
 contra vel non satis perspectas propositiones habent, vel  
 ex propositionibus jam cognitis veritatem minus ordi-  
 nate eruunt, vel principium quoddam, quod demon-  
 strationem ingredi fas erat, prætermittunt, vel legiti-

MUSI

q) in præfatione, edit. Amstelod. 1743.

mum ordinem negligunt, planeque infolidi incedunt, Diversa hæc agendi methodus cum & in novellatoribus deprehendatur, merito eos in solidos dispecimus, atque infolidos.

## §. 8.

Inter infolidos referri potest BOCCALINI r) ad Turcas tropice scribens „Dopo, che gli huomini inclinati al riposo, hanno trovato invenzione di far guadagno colle parole, è che l'eloquenza trasformata in loquacità, è divenuta venale, e violente ne cuori degli ascoltanti, voi avete ben fatto à proibirta in tutti, spezialmente levandone l'occasione, insieme cogli Auvocati, i quali con l'arte oratoria, (come non v'è cosa, che più affottigli l'intelletto dell'interesse) s'applicano con ogni studio ad incantare i Giudici, lusingando le loro orecchie per disporre de' loro cuori, con non minor danno, che travaglio de poveri pretensori, i quali vedono à ponere in disputa le loro ragioni, ed in pericolo i loro beni, è spendono nel foro la metà; è sovente molto più di tutte le pretensioni, poiche le belle parole occupando il luogo alla ragione, opprimono la verità, ingannano la giustizia, e corrompono il giudizio. Lodiamo perciò molto la vostra prudenza in tenerlon-tani da' fori la turba degli Auvocati, ed in giudicare brevemente sopra l'espolizioni, poiche il giudizio è tanto più purgato, quanto che non è confuso da vanità oratorie, è non permettendo che gli Auvocati s'arricchano, mentre gli clienti divengono poveri, . Haud consideravit incautus Italus eliminatis advocatis vel judicem vel ipsos litigantes advocatorum vices subire debere, utrumque vero moraliter implicare. Quid enim si advocati munus explendum simul

B 2

judici,

r) nella Pietra del Paragone Politico pag. ult.

judici, nonne tum causæ judicem æque ac defensorem, & quidem non actoris tantum, vel rei, sed utriusque partis advocatum aget? Annon insuper sæpe sapius perulustrare habebit immensam farraginem, sive pertinentium, sive impertinentium documentorum, quæ omnia ad perorandam causam necessaria fore imperiti litigatores obganniant? Qui autem partibus imponere vult, ut ipsæ suas causas perorent, pari is jure exiget, ut ipsæ arent, ut ipsæ occent, ut serant, ut vestes texant, ut calceos conficiant, ædesque exstruant. At, quid Italicis ineptiis diutius immoramur?

## §. 9.

Longe profecto solidius, rectæque rationi conformis est, quod egregio Regis Borussici Rescripto de quarta Octobris 1746 s) cavetur: Daher denen Advocaten künftig nicht mehr frey stehen soll, cavillatorie litem zu contestiren, und sich nicht mit dem Asylo der Rabulisten, nego narrata prout narrantur, zu behelfen, sondern sie müssen das Factum, wann etwa andere Umstände dabey vorkommen, wie es in der That ist, anführen, vor allen Dingen aber sich hüten, daß sie nichts vorfesslich läugnen, was hiernächst durch Eidesdelation, oder sonst wahr gemacht werden könnte: weil auf solchem Fall die Partey mit einer starken Geldbusse bestraft, der Advocat aber ohne Gnade cassirt werden soll. Et, quod sagacissimus Novellator paulo post adjicit: Nach geendigtem Prozesse müssen die Advocaten ihre Advocatur und Procuraturgebühren liquidiren, da dann das Collegium solche mit denen Acten conferiren, und wann der Advocat redlich gehandelt, darüber keine unnöthige Weitläufigkeit machen, sondern ohne

s) Exstat Rescriptum in Constitution und Ordnung, wie die Prozesse in königlich. preussischen Landen bey allen Instanzen in einem Jahre zu Ende gebracht werden sollen 1748. S. 43 u. 47.

ohne höchstnötige Moderation das liquidirte Quantum ihm zu erkennen, auch den Advocaten ohne Kosten, allenfalls auch durch die Execution dazu verhelfen. Wenn aber der Advocat eine offenbare ungerechte Sache defendiret, unnötige Exceptiones, oder Incidentpunkten hervergesucht, oder die Schriften mit verdrießlichen Repetitionen weitläufig gemacht hat, so soll dessen Honorarium der Sportelkasse zugesprochen, und er dem Befinden nach weiter bestraft werden. Würde ein Advocat sich unterstehen von einer Partey per directum, oder per indirectum etwas zu nehmen (aureis vere id exarandum characteribus) es mag Vorschuß, Präsent, oder sonst einen Namen haben, so soll der Advocat ipso facto cassirt seyn, und die Partey das Duplum zur Sportelkasse erlegen.

## §. 10.

Quotidiana porro edocemur experientia, quosdam ex veritatibus universalibus, ac notionibus determinatis latentes veritates ingenio suppetias ferente colligere, ex aliis præviis nova judicia efformare, atque incognitos hactenus inventus producere, quosdam vero aliorum scriinia expilare, observationes atque experimenta jam modo facta de loco locum afferre, atque ad Rempublicam, in qua degunt, applicare. Unde nova Novellatorum sese prodit divisio in Rationales scilicet, & Empiricos. Rationalis titulum optimo jure sibi attribuit Illustris de MONTESQUIEV, dum in eleganti, quod de legibus, earundemque indole congestit, opere t) præfatur „Je n'ai point tiré mes principes de mes préjugés, mais de la nature des choses. „Jci bien des vérités ne se feront sentir qu' après qu'on „aura vû la chaîne qui les lie à d'autres. Plus on ré- „fléchira sur les détails, plus on sentira la ceritude des „principes. Ces détails mêmes, je ne les ai pas tous

B 3

„don-

t) Dans la Preface de l'Esprit des Loix.

„donnés; car qui pourroit dire tout sans un mortel  
 „ennui,“. Empirici contra sunt, de quibus clarissimus Dominus de MOSER u) scribit: Teutschland wimmelt von Politikern, es hat aber nur einen Friederich. Alles will ihn copiren, das Original ist und bleibt incommunicable. Die preussische Kameral- und Kriegsverfassung gleicht Schanderbergs berühmten Säbel, sein Arm gehörte mit dazu.

## §. II.

Cum denique exitus Votis non usque respondeat, sed optimis inventus pessimum quandoque sortiatur eventum, instituti ratio postulat, ut ab eventu Novelatores vel felices, vel infelices denominemus. Inter postremos locum occupat CAROLVS XII. Sueciæ Rex, qui multa quidem, vereque magna moliebatur, plurima tamen cum successu tam sinistro exequabatur, ut manum manipulos colligere avidam loliis, ac Zizaniis impleret. Cum (ut e multis unum saltim historiae documentum adducam) Petrum I. magnum Russiæ Ducem de folio deturbare decerneret, ipse prope Pultow devictus, prostratusque in Bender refugere, Turcicumque asylum querere tenebatur.

## §. 12.

Metam propius attigit, atque hinc felicium fastis adscribendus venit PETRVS I. magnus Russiæ Dux. Is (ut cuique obvium) artes & scientias, quas in aliena terra magno labore, atque industria addidicerat, sibi-que compararat, in suam ditionem redux attulit, scientificos, artificesque mira sagacitate allexit, omnis generis artificia instituit, feros populos mansuetos reddidit, nobilissimis disciplinis imbuit, ad cultum, jusque homi-

a) In kleinen Schriften zur Erläuterung des Staats- und Völkerrechts, Band IV. S. 512.



hominum, quod in generis humani societate fitum est, erudit: pater vere publicus & communis esse coepit, &, ceu MARO x) de Saturno canit:

*Is genus indocile, ac dispersum montibus altis,  
Composuit, legesque dedit.*

Epocham hanc pluribus enarrat Continuator PUFFENDORFII y), cujus verba heic adjicere non paenitebit, von den Qualitäten der russischen Nation (ita habent) müssen unsere Zeiten ganz anders schreiben, als die vorigen. Würde dieselbe ehemals wegen ihrer Unwissenheit und üblen Sitten von andern Völkern unter die Barbaren gezählet: so wird sie nun mehr und mehr zu den Wissenschaften und guten Sitten angeführet; nachdem der unvergleichliche Kayser Petrus I. sich selbst zu einer lebendigen Richtschnur vorgestellt, und an seinem Beyspiele gewiesen, daß es auch den Russen an guten Gaben des Gemüthes und Leibes nicht fehle. War vor diesem die Unwissenheit gleichsam durch ein Gesetz befohlen, wenn Reisen und Studiren verboten gewesen: so werden nun die vornehmsten jungen Herren in fremde Länder geschickt, um sich durch angestellte Reisen mehr und mehr zu qualificiren. Wußte man vormals nichts vom Studiren; so finden ich die Künste und Wissenschaften ein neues Vaterland bey den Russen, und zeigen unter dem Schutze ihrer klugen Monarchen von Zeit zu Zeit größern Wachsthum und reifere Früchte. Zu Moskau, Petersburg und Kiow sind Schulen vor die Sprachen, die Humaniora und die Mathematic gestiftet. Auf denen Dörfern sind kleine Schulen angeordnet, um die Kinder im Lesen und Schreiben zu unterrichten. In Moskau ist eine medicinische Schule und öffentliche Apotheke angelegt, welche die großen Städte

B 4

und

x) Aeneidos Lib. VIII. vers. 321.

y) Puffendorfs Einleitung zu der Historie der vornehmsten Reiche und Staaten, Theil I. Kap. 12. §. 12. lit. A.

und die Armen versorget; da man vorher im ganzen Reiche keinen Medicum als nur vor dem Czaar, auch keinen Apotheker gehabt. Ich übergehe die öffentlichen Lectiones Anatomicas, wovon vor diesem der Name nicht bekannt gewesen. Wozu sonderlich dienet das von dem Czaar gekaufte Cabinet des berühmten Ruysch. Ich sage nichts von dem wohlversehnen Kräutergarten, in welchem die Botanici die Schätze von Norden, China, Persien einsammeln. Ich gedenke nicht des wohl angelegten Observatorii, wo alle Seltenheiten der Natur zu finden, der Buchdruckereyen und Bibliotheken, die sonst in Rußland seltene Dinge waren, sind nun in solchen Stand gesetzt, daß sie andern nichts nachgeben. Es wurden ausländische Bücher in die russische Sprache übersezt, wie denn im Jahre 1717 eben dieser Einleitung zur Historie des seligen Herrn von Puffendorfs die Ehre wiederfahren, daß sie in dieselbe übertragen worden. Im Jahre 1721 kam ein Lexicon Russico-latino-Germanicum heraus, und der Czaar gab Befehl, das allgemeine historische Lexicon in die russische Sprache zu übersezen. Wie schlecht war ehemals die Staatsverfassung bestellt? aber nun muß man erstaunen, wenn man dieses große Reich in seinem igtigen Glanze betrachtet. Und zeigt nicht der kaiserliche Hof einen solchen Pracht, welcher die Ausländer in Verwunderung sezt? durch gute Policzordnung ist es nun in den großen Städten bey Nacht so sicher als bey Tage, darinn es vorhero des Nachts so gefährlich als in den entlegensten Wäldern gewesen. In Summa, Rußland ist durch die kluge Anstalten des großen Petri I. in eine ganz andre Gestalt gesezt worden.

## §. 13.

Recensis Novellatorum generibus ordo ad materias, seu objecta perducit. Præcipua eorum uti ob gravitatem, magnitudinem, excellentiamque suam speciali

ciali meditatione indigent, ita quodlibet separatim, ac distinctim pertractabimus.

MEDITATIO SECUNDA.

DE

NOVELLATORIBVS CIRCA ARTES ET  
SCIENTIAS.

§. I.

Scribat venenatus AGRIPPA a): „Ego alius generis  
„persuasus rationibus, nil perniciosius, nil pesti-  
„lentius hominum vita, animarumque nostrarum sa-  
„luti posse contingere arbitror, quam ipsas artes,  
„ipsasque scientias. Ideoque conuerso ordine agen-  
„dum censeo, & scientias ipsas non tantis præconiis  
„extollendas, sed magna ex parte vituperandas esse,  
„mea opinio est, nec ullam esse, quæ careat iusta re-  
„prehensionis censura, neque rursus, quæ ex se ipsa  
„laudem aliquam mereatur, nisi quam a possessoris  
„probitate mutuatur,„. Contrahiscant, & reclamant  
moderni. Gallorum nasutuli, ac dicaculi, minus  
æqui rerum arbitratore, & scientias veras a simulatis,  
atque inanibus vel non segregantes, vel vitia nativa, &  
consuetudinaria scientiis improbe adscribentes: firma  
mihi usque sedet sententia, eos non tantum laudabili-  
ter, verum & utiliter agere, qui novam scientiam, ar-  
temve invenire, vel inventam latius protendere sata-  
gunt, atque excollere. Agedum! Num medicinam,  
quæ mortalibus inter tot morborum undique erumpen-  
tium genera versantibus divina, ut ita dicam, reme-  
dia suggerit, a se inventam esse. Apollo injuria præ-  
dicat, ad Daphnen dicens b).

B 5

*Inven-*

a) de vanitate scientiarum Cap. I.

b) apud OVIDIVM Metamorph. Lib. I. vers. 521.

*Inventum medicina meum est, opiferque per orbem  
Dicor, & herbarum subjecta potentia nobis.*

Quantum emolumenti, utilitatisque non redundavit ex arte typographica? *Arte* (ut exclamat canus FIORAVANTIC), *in vero di grandissimo ingegno, & molto profitorosa; imperoché ella e stata causa di resvegliare il mondo, il quale era addormentato nella ignorantia, come e ben noto a ciascuno, perche avanti, che detta gloriosa arte fosse in luce, si truovano pochissimi litterati, il che non procedeva da altro, se non dalla grandissima spesa dei libri, peroche nissuno poteva studiare, se non era ricco, & facoltoso che potesse comperare libri. Quid non litteratus modo, verum etiam univversus, quacunque patet, orbis haud debet magno GROTIU primo naturalis luminis, ac cui soli imperantium assurgunt, parentque scepra, juris restauratori? Quod obsequii, beneficiique genus non prestitit insignis MABILLO-NIVS, quippe qui artem Diplomaticam necessaria luce donavit, firmasque ejusdem construxit regulas? Quam laudem, præmiumque non meretur excellentissimus Dominus de IVSRI, infatigabilis naturalium experimenterum perferutator, reique æconomicæ cultor studiosissimus?*

§. 2.

Interim tamen haud de omnibus scientiarum, artiumque inventoribus intelligi cupio, sed de iis tantum, qui aliquid vel ad usum vitæ, vel ad animum excolendum utile suo ingenio excogitant. Quocirca primos ante omnia regula exceptos volo, qui vanis, inanibus, festilibus, nulliusque frugis artibus, scientiisque incumbunt, qui geomanticas divinationes, & prænestinas telferas, & talos, & aleas, & quidquid est ejusmodi numeralium fortilegiarum progignunt, qui per propria

homi-  
c) Nello Specchio di scientia universale Libr. I. C. XXVI.

hominum nomina collatis in summam cujuslibet litterarum numeris horoscopia invenire allaborant, qui ex volæ lineis hominum complexionem, affectus, fortunam, omniumque futurarum, vel ærcanarum dispositionum eventus per harmonicam quandam correspondentiam cognoscere student, qui onirocriticam, teratoscopiam, metoscopiam, pyromantiam atque Arithmantiam venantur, qui veterum saltationes, sacros clypeos, Athletarum pulveres, ac Ceromata, viocuros, atque avicuros, atrienfes, ac viridarios, privatam Romanorum vitam, Homeri senes, characterem Pindari, ac Xenophontis Cyropædium pertractant, quique simulatæ, ac puerili philosophiæ operam navantes obsonis boatibus auras verberant, carduos, lappas, ac tribulos succenturiant, densosque ineptiarum tuburcinantur fumos.

§. 3.

Vituperio dein potius, quam præconiis dignos esse cenſeo lucubratores artium, ſcientiarumve, quæ vel bonis moribus adverſantur, vel in detrimentum Reipublicæ vergunt. Ad primam claſſem pertinent otioſi Romanenſium fabulatores, incaſtque amorum Magiſtri. Juſte de his conqueritur *ANTIMACHIAVELLVS* d). *Quot juvenes Lectione librorum, commentitios heroum, & heroidum amores deſcribentium, mentem a ſua ſede, & loco dimoverunt, ut nihil viderint, cogitaverintque, quam Gandalinum, aut Medorem? Epidemica quædam in cogitandi ratione contagio datur, quæ ab hujus animo proſecta in alterius mentem ſerpit.*

§. 4.

Bono Reipublicæ contrariantur doctrinæ ac dogmata, quæ vel in publicum ſyſtema impingunt, vel rationem ſtatus conculcant, vel in leges fundamentales in-

ſur-

furgunt, vel quietem perturbant, vel ad seditiones viam  
 pandunt. Imperium Romano-Germanicum quod at-  
 tinet, Decretum, ut dicunt, Commissionis *de duode-  
 cima Aprilis 1720. c)*; inter alia de ejusmodi novellato-  
 ribus refert: „Nach weit empfindlicher seyn Ihrer kayserl.  
 „Majestät ferner vorgekommen, daß man gegen das ganze  
 „teutsche Reichswesen, und dessen allerseitige Grundge-  
 „sehe, folgsam gegen teutsche Pflicht- und Reichstagsver-  
 „richtungen, welche in Besorgung des publici, und zu  
 „Wenbehaltung Ruhe, Friede und Einigkeit des Vater-  
 „landes der kayserl. Majestät und des Reichs gemeinsamer  
 „Hohheit, nach dessen heilsamen Satzungen, allein gewid-  
 „met seyn sollen, wider die kayserl. Majestät und Ihre  
 „Reichs-Mitstände in solche Hitzigkeiten und auf solche thät-  
 „liche noch weiters gehende Rathschläge, Bedrohungen,  
 „Schriften, Druckerereyen, einseitige Auslegung oder Deu-  
 „telereyen vom Gebrauch des oßuabrigg- und münsterischen  
 „Friedens, folgsam unter eben der Zeit, als mit angezo-  
 „genen Reichs-satzungen das Recht gesucht, gegen eben  
 „dieselbige Reichs-satzungen und Rechte, auf alles Obn-  
 „recht, unnöthiger Dingen, verfallen und zugefahren  
 „seyn. Inmittels auch, ohnerachtet bey Ihrer Kayserl.  
 „Majestät um Dero Kayserl. Amt, zu Verschaffung des  
 „Rechten und der Gerechtigkeit, ferner angesuchet worden,  
 „zu gleicher Zeit einseitige, anderweite, in sich vorhin nach  
 „denen Reichs-satzungen nichtige Conclusa unter sich ge-  
 „macht, und darinnen ganz unordentliche zu des teutschen  
 „Vaterlands völliger Zerrüttung allerdings Reichs-grund-  
 „verderbliche Principia vest zu stellen sich angemasset ha-  
 „ben solle: Als da unter andern seynd, auf die aus Kay-  
 „serlichen und des gesammten teutschen Reichs Gnaden  
 „und Milde errichtete und privilegirte Universitäten, oder  
 „hohe Schulen und Academien, im römischen Reich ge-  
 „wisse, neuerliche, zu nichts, als zu Uneinigkeiten, Tren-  
 „nung

c) Vid. FABRI Staatskanzley Tom. XXXVI. p. 347.

„nung und Unruhen, unter Haupt und Gliedern, und  
„dieser unter sich selbst, abzielende, in denen gemeinbün-  
„digen Reichsfasungen nicht erweisliche oder erfindliche  
„Stücke abzuschicken, und denen Professoribus nachdruck-  
„lich aufzugeben, daß sie nach solchen ihre Lehren und Prin-  
„cipia einrichten, und darnach sich achten sollten: Ihre  
„Kaysrerliche Majestät wolten niemanden und keinen Re-  
„ligionsverwandten, Stand oder Unterthanen des Reichs,  
„seine Meynung und Principia beschränken, oder beneh-  
„men, in so weit nämlich selbige denen gemeinbündigen  
„Reichs-Satz-Ordnungen wahrhaft und vollkommen gleich-  
„förmig seyn, doch müßten sie dahier und dermalen nicht  
„verbergen, daß sie gleichsam gegen Ihre eigene Kaysrer-  
„liche und österreichische Milddigkeit, nun ohnungänglich  
„genöthiget seyn, aus reichsväterlich ohnpassionirten Her-  
„zen, zu des allgemeinen Wesens Besten, Churfürsten,  
„Fürsten und Ständen, vorgemeldten der Sachen bishe-  
„rigen wahren Verlauf und deren eigentlichen Stand mit  
„seinen Wahrheitsgründen und eigenen Farben, und wie  
„man mit Ihro umgehe, deutlich vorzustellen, mithin  
„einen jeden erachten zu lassen, ob sie nicht die große Ur-  
„sache haben, Ihr Reichsväterlich Leidwesen und Em-  
„pfindlichkeit über sothane, ohnnöthige, unruhige, ohn-  
„gründlich und unmordentliche Rathschläge und Beginnen,  
„zu äußern, und sich gegen die Gestalt eines so nennenden  
„Corporis Evangelici, folglich aber dessen gebrauchenden  
„Modum, bey dem ganzen Reiche höchstens zu beschwe-  
„ren, und dagegen von Kaysrerlichen Amts wegen das be-  
„horige zu begehren und vorzukehren. Ihre Kaysrerliche  
„Majestät fasseten nicht, was man eines oder andern  
„Theils in dem Reiche damit gewinnen, oder stabiliren  
„wolle? und wo es dann hin- auch wie endlich auszukom-  
„men und zu bestehen seyn werde, wann man catholischer  
„Seiten eben solche Wege aus- und einheimisch einzuge-  
„hen,

„hen, und solche Principia zu stabiliren, sich auch veriren lassen wollte,“.

## §. 5.

In utrumque offendere mihi videtur Comœdia, aut si mavis, Tragicomœdia, cui ante aliquod tempus intereram. Repræsentabatur nempe infaußissimum matrimonii genus, sistebantur cuncta adversa, atque sinistra, quæ tam ex parte viri, quam mulieris non dicam, accidere, sed usque adeo queunt excogitari, statusque conjugalis non secus, ac fœdissima malorum lerna, durissimum ergastulum, ac sævissima carnificina depingebatur. Quem Autor nefario suo commento scopum intenderit, indagare quidem supersedeo: illud tamen libere renunciare ausim, scenam isthanc non modo periculi, sed & mali plenam esse. Quis scit, quis sponzor, obsesque erit, num illa eandem modo haud fortita fuerit catastrophem, quam Comœdia Londini quondam acta, de qua laudatus ANTIMACHIAVELLVS f) memorat: Es ist (ita Editio Germanica hoc in passu latinæ prævalens habet) in ganz England bekant, was vor einigen Jahren in London geschah. Man spielte eine ziemlich schlechte Comödie unter dem Titel: Die Spißbuben und Beutelschneider, und zeigte darinn einige listige Streiche der Diebe. Bey dem Herausgehen merkten viele Leute, daß sie ihre Ringe, Tobacksdosen und Uhren verlohren hatten; und der Verfasser des Stückes bekam in so kurzer Zeit Schüler, daß sie seine Lehren so gar im Parterre selbst ausübten. Ad hæc ea præfigurati mali facile sequela esse potest, ut adolescentes exaggeratum jugum ferre dolosi a connubio declinent, seque vagis dedant libidinibus. Id quod bonis moribus quam infestum, ac Reipublicæ quam perniciosum sit, neminem profecto latebit, nisi qui juris Romani Historiam haud

f) cit. Cap. VIII. p. 71. edit. Gœttingensis 1741.



haud degustavit, neque novit Leges ad concilianda matrimonia latas. Interim nequicquam rogabant Juliam Papiam Poppæam g). Quirites, qui titulum de concubinis, sodalitariis, five amicis abrogare negligebant.

§. 6.

Miror autorem quemdam, cateroquin, perspicacissimum, atque in diminutionem gentis suæ sollicitè inquirentem hanc causam non modo non detexisse, sed usque adeo concubinarium commercium tutatum esse, dum tamen incertæ nationis Veneres in oculos non incurrere non poterant. Polliceor meherecule, sancteque spondeo, populum isthunc verus florei graminis herbas multiplicandum fore, dummodo furtivi amores condignis pœnis vindicarentur, insimulque matrimonii onera ex alia, quam impræsentiarum intactam linquo, parte paulisper allevarentur. Ast hæc transensualiter.

§. 7.

Tandem nostro scientificorum Novellatorum albo haud inscribenda, quin potius delenda sunt eorum nomina, qui Christianam Religionem, sanctissima ejus mysteria, æternasque veritates miserrimo suo cerebello incessere, arrodere, ac per jocum plane nefandissimum irridere nituntur. Non possum non, quin impurissimum, ipsoque SPINOZA Religioni vim inferente multo violentiorem constupratorem, five libelli, cui titulus: *la Pucelle d'Orleans* autorem, qua detestabile protypum in medium adducam. Sceleratum illud Satanæ Organum, quod ex raucido sono, æque ac leo ex ungue, facile cognoscitur, lurida, quæ per cætera opuscula

g) Legem hanc post plures alios egregio, atque absolutissimo commentario illustravit celeberrimus HEINERICUS.

opuscula sua passim spargit, aconita heic in unum conglobavit, ut ea pleno quasi ore enutaret. Larvam nebulo deposuit, ut detecta facie lascivias suas recitaret. Quidquid religiosum, sanctum dirumque dici valet, blasphemus laceffit, ut nil omnino intactum remaneret. Ac quo futuræ beatitudinis spem vel sibi met ipsi effricaret, vel aliis fucum faceret, ipsi inferno commiscuit paradisum. Pluribus de infando libello locutus sum modo, locutus jurisperitis, locutus Philosophis, locutus militibus, locutus modernis, ut vocant, sciolis, neminem tamen inveni hæcenus, qui eum non devoveret, atque abominaretur. Ne igitur seu debilis muliercula, seu quoque fortis vir deinceps scandalizetur, haud sufficit vetitum Libellum a Curia Romana proscriptum esse, sed insuper jure quis exegerit, ut exemplaria, quotquot supersunt, undecunque collecta rogo imponantur, atque informe monstrum e societate humana in perpetuum exturbetur. Quantumlibet dicere habeam: Zelus Domustuæ comedit me Domine: haud tamen limites transgressus sum: imo

*Si mihi sint linguæ centum, sint oraque centum.*

Si etiam (ut Tulliana phrasi utar) dies, vox, latera haud deficerent, contra immanem belluam vociferare haud fatis valerem. Ita namque cum iis agi decet, qui petulantissimis commentis sacrosancta altissimi coinquinare præsumunt tabernacula.

### §. 8.

De palponistis, sive assentantibus Novellatoribus heic memorare studio superfedemus. Cum enim materies isthæc a maximo LEYSERO h), jamtum penitus abso-

h) Vid. ejusdem Meditationes de assentationibus jurconsultorum recusæ Helmstadii 1741.

absoluta, atque exhausta sit, Lectorem eo simpliciter remittimus, unum id addentes, adulationes Academiis maxima ex parte proprias esse. Adhuc nuper responsum academicum in manus meas incidit, quod sœdissima adulationis contagione totum infectum erat. Novam omnino id insanabilis, seu, ut loquuntur, theticæ nullitatis continebat speciem, ejusdemque prolapsam in rem judicatam modo sententiam insimulabat, eo quod illa mercem post legem dudum inventam sub legem generalem haud comprehendisset, seu legem ad eam non extendisset, atque ita contra regulas hermeneuticas pessime peccasset. Peccatum (sic melius dixerò) academicum nimio plus in propatulo est, quam ut vel minima analysi indigeat. Quo circa addidisse sufficet epigrisin, qua insignis advocatus lectum responsum mactabat. Dignum (ajebat) responsum, quod in frontispicio gerat illud HORATII i).

*carmina non prius  
Audita Musarum sacerdos  
Virginibus, puerisque canto.*

### MEDITATIO III.

DE

## NOVELLATORIBVS CIRCA CAVAS RELIGIOSAS.

§. I.

**S**i ulla unquam alia, religionis profecto materies est, quæ Novellatoribus scateat, atque exuberet. Non dicam modo de schismaticis, hæreticis, sectariis apostatis, gentilibus, atque idololâtris, quorum æque, ac stultorum, infinitus pene est numerus. Inter nosmet  
Catho-

i) Lib. III. Od. I.

G

Catholicos reperire est plures, quos innovantes recte dixeris. Aspice Rhoxanam Domnam sanctitatis fama lucidam. Hæc mututinas meditationes influit, interest tribus cottidie sacris, duodecim indies Rosaria absolvit, recitat officium magnum una cum quatuor parvis, ter de septimana corpus severe castigat, ter trifli corde jejunit, ter ad sacram Synaxin accedit. Laudanda quidem, minimeque vituperanda opera. Verum aspice eandem Rhoxanam inter ipsas usque adeo meditationes ancillulæ ex humana fragilitate vel minimum delinquenti millies mille diras imprecantem, ea, quæ deesse somniat, & a se ipsa de uno in alium locum translata esse non meminit; a servo surrepta renunciantem, quæstui, usuris, ac fœnori unice inhiantem, debitores suos absque omni misericordia ad incitas agentem, amore proximi frigescentem, omnis humanitatis, socialitatisque nesciam, domum perpetuis rixis, ac clamoribus inundantem, sibi, suisque necessarium victum denegantem, de unoquoque non nisi mala suspicantem, fractam ollam tota hebdomada deplorantem, de minimo damno graviter, ac sine fine conquerentem, mercenariis, opificibusque fraudes exprobrantem, aliorum fortunis invidentem, procumque honestissimum, cui intolerabiles matris mores filiam exosam reddiderant, ad conciliandum matrimonium habitæ cum filia copulæ publice reum agentem. Cedo! quid isthoc, nisi improba religionis novellatio? Intuere porro Aeacum qui juridicis operis diu, noctuque incumbit, qui litigatoribus sub galli cantu ostia pulsantibus faciles aures præbet, qui advocatus partium suarum causam perorantes integris horis audit, qui lites citissimus dirimit, qui largas eleëmofynas erogat, opimas foundationes erigit, sepulchra prophetarum ædificat, justorumque monumenta ornat. Ast intuere ipsum etiam, dum justitiam pecunia vendit, torquet misere

jura

jura ac leges, domos viduarum, ac pupillorum comedit, jurat per aurum templi, flagellat pauperem, nummato fonti absolutionem pollicetur, circumscribit nodosis quæstionibus judicium, ut pervulgati juris lectio una proferatur, septem vendibiles introitus præparat, ad expugnandam veritatem mercenaria ora procludit, tanquam avaritiæ venundatus, & ufucaptus nihil præter infeminatam petendi licentiam novit, eique

*Utilitas sola est justî prope mater, & æqui.*

Annon iterata novellatio? Et quis novellatorem compellare dubitabit Theologum, quem BOILEAU a) pro more suo ita decantat:

Notre Docteur bientôt va lever tous ses doutes,  
Du Paradis pour elle il applanit les routes,  
Cet, loin sur ses défauts de la mortifier,  
Lui même prend le soin de la justifier.  
Pourquoi vous allarmer d'une vaine censure?  
Du rouge, qu'on vous voit, on s'étonne, on murmure.  
Mais a-t-on, dira-t-il, sujet de s'étonner?  
Est-ce, qu'à faire peur on veut vous condamner?  
Aux Usages reçus il faut qu'on s'accommode,  
Une femme sur tout doit tribut à la mode.  
L'orgueil brille, dit-on, sur vos pompeux habits,  
L'oeil à peine soutient l'éclat de vos rubis  
Dieu veut-il, qu'on étale un luxe si profane?  
Oui, lorsqu'à l'éclat notre rang nous condamne.  
Mais ce grand jeu chez vous comment l'autoriser?  
Le jeu fut de tout temps permis pour s'amuser.  
On ne peut pas toujours travailler, prier, lire;  
Il vaut mieux, s'occuper à jouer, qu'à médire.  
Le plus grand jeu joué dans cette intention  
Peut même devenir une bonne action,

C 2

Tout

a) Satyre X. vers. 577.

Tout est sanctifié par une ame pieuse,  
 Vous etes poursuit-on, avide ambitieuse,  
 Sans cesse vous brulez de voir tous vos parens  
 Engloutir à la cour charges, dignitez, rangs.  
 Votre bon naturel en cela pour eux brille,  
 Dieu ne nous deffend point d'aimer notre famille.  
 D'ailleurs tous vos parens sont sages, vertueux,  
 Il est bon d'empêcher, ces emplois fastueux  
 D'être donnez peut-être à des ames mondaines,  
 Esprises du neant des vanitez humaines.  
 Laissez-la, croiez moi, gronder les indevots,  
 Et sur votre salut demeurez en repos.

## §. 2.

Hiscæ præmissis propius ad rem accedamus. Circa religionem quæ novellantur, doctrinam despiciunt, aut disciplinam: & iterum vel circa essentialia, vel circa accidentalia versantur.

## §. 3.

Essentialia Religionis Romano-Catholicæ cum non consent, nisi ex his, quæ (Tridentinæ sunt verba Synodi b): *Sol justitiæ, Christus Jesus, fidei nostræ auctor, & consummator docuit, Apostoli tradiderunt, & Catholica Ecclesia Spiritu sancto suggerente perpetuo retinuit*; sponte sua consequitur, omnem novellationem heic penitus exulare. Quod si quis vero quidpiam novellare præsumperit, non modo a Fide Catholica deflectit, verum etiam ab Ecclesia pro hæretico, & schismatico reputatur. Quapropter & VINCENTIUS LERINENSIS c) dextre admonet: „Profanas vocum „novitates divita, quas recipere, atque sectari nunquam

b) Sessione VI. in præmio.

c) Adversus prophanas omnium hæresum innovationes  
 Cap. XXIV.

„quam Catholicorum, semper vero hæreticorum fuit...  
„Hoc apud omnes fere hæreses quasi solemne est, ac  
„legitimum, ut semper prophanis novitatibus gau-  
„deant, antiquitatem fastidiant, & per oppositiones  
„falsi nominis scientiæ a fide naufragent. Contra vero  
„Catholicorum hoc fere proprium, deposita sancto-  
„rum Patrum, & commissa servare, damnare pro-  
„phanas novitates.

§. 4.

Apud alios assentialia novellationem quidem non respuunt. Ecquid enim exempli gratia vetat, quominus dubius, ac titubans Sacramentorum numerus a novellatore vel augeatur, vel diminuatur. Nihilominus tamen novellatio haud usque impunis. *Nec quidquam* (de Sacramentariis LUTHERVS d) loquens inquit) *magis hanc hæresin promovet, quam novitas. Nam nos Germani tales homines sumus, ea, quæ nobis nova sunt, affectamus, & avide arripimus.* Idem LUTHERVS de iisdem Sacramentariis porro scribit: *Nullos hostes capitaliores sum expertus hætenus, quam suaves illos fratres collegas amicos, quos tanquam filios in sinu nostro fovimus novarum sectarum Magistros, Sacramentarios dico, & alios phanaticos, qui qualem nobis referant gratiam, vide.* Imo sæpius ipsi novellatori periculosa, & ut plurimum ad concitandos motus, seditionesque adinventæ. Quamprimum quis enim vel in uno articulo discedit, coetus, unde novellator progressus est, indignans extemplo effervescent, in ejus caput conjurat, eumque velut putidum membrum amputare, & a communione excludere satagit. Exempla pro dolor recentiora, ac notiora sunt, quam ut adduci mereantur.

d) apud FABRYM ad Cod. Lib. I. Tit. I. pag. m. 17.

## §. 5.

Quantum ad Imperium Romano-Germanicum at-  
tinet, habet etiam talis novellator, cur fiscalem Cæ-  
fareum timeat. Dum enim Instrumento Pacis Osna-  
brugenſis e) diſerte cautum legitur, ne præter Religio-  
nes in ipſo Instrumento nominatas ulla alia in ſacro  
Imperio Romano recipiatur, vel toleretur; Fiscalis,  
qua læſæ Pacis vindex contra eum agere, ac pro mau-  
dato de non tolerando Sectarios, nec ullos, qui aliam,  
quam quæ in Imperio permiſſa ſit, religionem proſi-  
tentur, ſed Imperialibus Conſtitutionibus ſe confor-  
mando S. C. una cum citatione ad videndum ſe inci-  
diſſe in poenam Conſtitutionis Imperialis ſupplicare  
poterit. De quo ſuo loco jamtum egimus.

## §. 6.

Cætera reformandi jura Statibus Imperii per Pacem  
Weſtphalicam vindicata adducere, motasque ab aliis  
quæſtiones ruminare ubi vellemus, tramites certo cer-  
tius transgredereſur, modo de novellatoribus in ge-  
nere, non autem de juribus, quæ Statibus Imperii no-  
vellantibus ſeu reformantibus ratione territorii & ſupe-  
rioritatis in negotio Religionis competunt, agentes.  
Cui ea pertractare volupe eſt, conferat, ac præ aliis  
adeat incomparabilem ac non ſatis laudandum Domi-  
num BARTHEL maximum Univerſitatis Herbipolenſis  
decus, quippe qui materiam de jure reformandi anti-  
quo, & novo binis Diſſertationibus f) eruditiffimis,  
æque ac elegantiffimis abſolvit.

## §. 7.

e) Art. VII. §. 2.

f) Ambæ exſtant in ejuſdem Opusculis juridicis nuper con-  
junctim editis, Tom. 1. Opusc. 2 & 3.



§. 7.

Contristor, & vix tempero a lacryinis, quoties  
magnum ceteroquin ANTONIVM DE DOMINIS g).  
Spalatenfem Archiepiscopum dicentem audio. „Profe-  
„ctionem hanc meam, sive etiam ex Babylone exitum,  
„aut fugam, omni schismatis suspicione carere volo.  
„Fugio enim errores, fugio abusus, fugio ne parti-  
„ceps sim delictorum ejus, & de plagis ejus accipiam:  
„A charitate tamen, quam debeo Ecclesiæ sanctæ Ca-  
„tholicæ, singulisque eidem communicantibus, me  
„nuquam separo: sed quantum in me est, cum omni-  
„bus, quamdiu in essentialibus nostræ fidei articulis, &  
„Symbolis antiquæ Christi Ecclesiæ convenimus, per-  
„petuo communicare sum paratus, si tamen novos ar-  
„ticulos, sive sacræ scripturæ aperte contrarios, sive  
„a Symbolis prædictis alienos, iisque repugnantes simul  
„omnes detestemur, & abominemur: Alios vero in  
„se indifferentes, in Ecclesia nunquam sufficienter di-  
„scusso, stabilitos, & definitos, pro articulis fidei, nisi  
„prius ad plenum definiantur, aut jam sufficienter de-  
„finiti esse ostendantur, nequaquam admittamus: Sed  
„neque eos ut hæreticos, nisi prius ab Ecclesia suffi-  
„cienter condemnatos esse nobis constiterit, aut con-  
„demnentur, condemnemus. Relinquatur itaque in  
„indifferentibus libera cuique Ecclesiæ facultas opinan-  
„di & operandi, & unaquæque abundet in sensu suo,  
„donec ipsa Ecclesia Spiritu Christi instructa, & recta,  
„Controversiis finem imponat: verasque paleas sepa-  
„ret a veris granis.

§. 8.

Risum contra tenere nequeo, dum perillustrem  
Dominum DE LOEN h) suum, ut vocat, pacis tem-  
plum

C 4

g) de Republica Eccl. in Professionis Consilio §. XIV.

h) in freyen Gedanken zur Verbesserung der menschlichen  
Gesellschaft. S. 51. edit. tertiæ.

plum hifce describentem video. Also könnte eine christliche Obrigkeit ohne weitere Umstände, und Berathschlagung der im Disputiren sich stets verlaufenden Geistlichkeit, eine allgemeine Landes- und Friedenskirche aufrichten, in welcher nichts anders, als das bloße Christenthum, nach den Worten des Heilandes, und seiner Apostel, mit Vorbengehung aller streitigen Fragen gelehret würde; dergestalt, daß alle und jede Christen, sie seyen von einer Secte, wie sie wollen, wann sie anders die heilige Schrift zur Richtschnur ihres Glaubens annehmen, sich darin einfinden, und erbauet werden könnten. Wo die Sachen nicht wieder zu dieser ersten Glaubens-Einfalt gebracht werden, da sind alle Vereinigungsvorschläge vergebens. Idem profecto mihi videtur, ac liquis pœnitentem Magdalam, ac luxuriantem Corinnam, severum Catonem, ac Celticum Ardelionem, rixosam Xantippen, ac facetum Juvenalem uno conclavi includere, illisque injungere vellet, ut quilibet suis ibi vacet negotiis. Superi! Quæ ista rerum foret facies? Videor modo videre Magdalam Corinnæ Lascivias reprehendentem, Corinnam vero omni reprehensione inattenta speculo assidentem, faciem fucantem, voluptatibusque indulgentem: videor videre Catonem virtutum rudimenta explanantem Ardelionem contra moralium impatientem, saltantem, volitantem, cantantem, ac sibilantem: videor videre Xantippen omnibus, quot potest, Juvenalem jurgiis, opprobriis, cavillis, contumeliis, scommatibus, ac Lædoriis impetentem, & Juvenalem deridentem, ac ludificantem.

## §. 9.

Accidentalia Religionis novellationi subiacere extra omnem dubitationis positum est aleam. Sic novimus in Leodiensi Diœcesi plures dies festos nuperrime abrogatos esse. Et recte quidem. Multo namque satius est,

est,

est, manuarios pro uxoribus, liberisque operari, quam die festo ea, quæ aliis parta sunt, absumere, aut duram usque adeo pauperiem pati. Satius est iuvenes, puellasque artificium exercere, quam festis diebus voluptates, ac vitia sectari. Satius est, servos, ancillasque consuetis operis vacare, quam festis diebus heluari, ac debacchari. Satius denique est, diem non sacrare, quam sacratam prophanare.

§. 10.

Verumtamen haud usque, ac sine discrimine novellare expedit, sed hac in re, & ad temporum mores, & ad utilitatum præsentium rationes, & ad rerum publicarum genera, geniumque populi sedulo respicere fast est. Graviter in hoc peccavit Imperator IVSTINIANVS, qui quadragesimali tempore carnibus homines vesci vi quadam iussit. *Quum fames* (scribit CALLISTVS) *i) Byzantii increbuisse, rerum necessariorum inopia, Imperator secunda statim jejunii hebdomada carnes in foro venales proponendas promulgavit. Et hoc quidem sic per vim actum. Populus autem, qui pietatem sibi consecrandam statuisset, neque eas emebat, neque edebat: mortem sibi potius adeundam esse censens, quam ut quidquam de patriis moribus, & traditionibus mutaret.*

§. 11.

Quod si necessitas, majorve Religionis, aut Reipublicæ utilitas exigat, nil omnino spectandum, temperanda tempora, tenax nimium antiquitatis vulgus temnendum, frenandi mores, arripienda opportunitas, ac novellatio libere, & generose peragenda est.

i) Ecclesiast. Histor. Lib. XVII. Cap. 32.

## §. 12.

Disciplina ecclesiastica novellationem non tantum admittit, verum etiam corrupto hocce sæculo ardentissime efflagitat. Probe BENEDICTVS XIV. Pontifex maximus, inter hujus generis novellatores, velut luna inter minores ignes micans, id novit, eum in finem eximias Institutiones Ecclesiasticas conscripsit, inque has incredibili eruditionis copia congescit omnia, quæ possint Ecclesiasticam disciplinam in pristinum revocare, morum corruptelas evellere, ac pulcherrimam antiquitatis excitare imaginem, quam non mediocriter, neque uno in loco hominum negligentia, & ignorantia fœdissime deformarunt. Optandum sane foret, ut liber fere divinus, ab omnibus, singulisque perlegatur, in ecclesiis publice usque adeo recitetur, aureaque monita ubique terrarum introducantur, ac strictè observentur.

## §. 13.

Optarem porro, & totis quidem votis optarem, ut omne Religionis nostræ punctum in abstinentia a lacte, ficu, pyro & pomo, in longis oratiunculis, in erigendis foundationibus, in cinere, & cilicio haud ponatur, sed ut veræ fidei rudimenta altius inculcentur; ut penitus inspiciatur præcepti finis, qui teste APOSTOLO k) *est charitas ex puro corde, & conscientia bona, & fide non simulata, a quibus aberraverunt quidam, deflexerunt ad vaniloquium, volentes esse legis doctores non intelligentes, quæ loquuntur, neque de quibus adseverant*; ut officia, quæ DEO, quæ proximo, quæ nobismet ipsis persolvere debemus, accuratius exponantur, utque major moralium habeatur ratio. Etenim ad muliebria jejunia, ad multam, sæpiusque intempestivam  
plane

k) I Timoth. I. v. 5.

plane orationem, ad opimas foundationes, ad induendum cilicium neque DEI, neque Ecclesiæ præcepta nos obstringunt. At diligere Dominum DEVM ex toto corde, de Eo debite sentire, Eum ut trinum & unum, ut omnipotentem, ut omniscium, ut sapientissimum, ut verissimum, ut justissimum, ut summum bonum concipere, credere vera esse, quæcunque superioribus temporibus gesta sacris literis referuntur, de DEI in nos voluntate, & operibus, secundum scripturæ traditionem sentire, & hodie etiam mundum & Ecclesiam a DEO gubernari & conservari non dubitare, credere ventura, quæcunque vel promittunt, vel minantur divina oracula, credere, quod CHRISTVS IESVS venerit in mundum, ut peccatores salvos faceret, quorum primus sum ego l); credere, quod quemadmodum per Adam omnes moriuntur, ita & per Christum omnes vivificandi sint m) diligere proximum sicut nos ipsos, illi in licitis favere, pro viribus succurrere, nec verbo, neque opere offendere, & omnia, quæcunque volumus, ut nobis faciat, & hoc illi facere, hoc est primum & secundum mandatum n) hæc est lex, & prophetæ o) & hæc plenitudo legis p).

§. 14.

Optarem denique, ut talium virtutum nobis usque proponantur protypa, quæ non nude mirari debeamus, sed quorum etiam exempla imitari possimus. Quantumvis ultro concedam DEVM in Sanctis suis mirabilem esse, ac sæpius mirabilia operari. Quantumvis pariter concedam virtutem sat pulchris coloribus depingi

l) cit. Cap. I. v. 15.

m) 1 Cor. XV. v. 22.

n) Matth. VII. v. 22.

o) Matth. XXII. v. 38 & 39.

p) Rom. XIII. v. 10.

pingi non posse: nullus tamen induci possum, ut credam, homines exemplis humanas vires, ac potentiam plane transcendentibus magis commoveri, ac trahi, quam iis, quæ assequi, atque exæquare valent; præsertim cum indubitatum sit, quod hæc exoptatam imitationem eliciant, illa vero infæcunda admiratione tantum, & stupore animum obruant.

MEDITATIO IV.  
DE  
NOVELLATORIBVS CIRCA CAUSAS POLITICAS.

§. I.

**P**oliticem cum Politia, græce πολιτεία, confundunt complures: inter eas tamen maximum discrimen esse peritiores jam dudum observaverunt. Hæc, politia scilicet Reipublicæ administrandæ modum considerat, atque in eo tota occupatur, ut, quibus legibus humana societas regi possit, quæ officia imperantium, ac subditorum sint, quomodo singulæ Reipublicæ partes sustineri, muniaque peragi debeant, tradat, exponatque. Illa contra civilem conversationem, qua sive ad exigentiam, sive ad mutua commoda, sive ad relaxandum animum utimur, spectat, quæ in ea peragenda, omittendæ sint, docet, ac regulas, observationes, cautelasque præscribit. De novellationibus circa priorem, ut ut plurima sint, quæ moneri & possent, & deberent, impræsentiarum agere nec lubet, nec juvat. Novellationes circa posteriorem proinde præsentis conficiunt objectum meditationis.

§. 2.

Sicuti Respublica sine Legibus subsistere nequit, ut TULLIVS a) hisce perhibet: *Mens, & animus, &*

a) pro Cluentio.

confilium, & sententia civitatis posita est in Legibus. Ut corpora nostra sine mente, sic civitas sine lege, suis partibus, ut nervis, ac sanguine, & membris uti non potest; ita Nomothesia, seu legislatio potiore[m] Politicæ constituit partem. Leges utpote tantum in salutem, atque utilitatem Reipublicæ scriptæ, & pro temporum moribus, & pro utilitatum præsentium rationibus, proque vitiorum, quibus medendum est, fervoribus dandæ quidem sunt, atque aptandæ. Pulchre idem TULLIVS b) inquit: *Nemo enim Leges Legum causa salvas esse vult, sed Reipubl., quod ex Legibus omnes rempublicam putant optime administrari; eas tamen non nisi, ex gravissimis, urgentissimisque rationibus innovare oportet.* Leges namque, quibus nati, enutriti, atque assuesfacti sunt homines, non modo saluberrima Majorum inventa esse ducunt, verum etiam non fecus, ac alteram vitam respiciunt, atque hinc sibi avelli graviter patiuntur, credentes vim inferri, omnes omnium securitates convelli, ac certas hactenus regulas, firmamque juris optimi constitutionem arbitrio instabilissimæ cujusque dedi. Adeo videlicet teste REBVFFO c) suis quilibet Legibus inescatus est, ut si quis omne genus Legum proponeret hominibus, & optimas sibi consideratis omnibus deligere juberet, singuli suas recepturi essent, eas omnium longe præstantissimas existimantes. Bene perspectum id quoque habebat CAROLVS MAGNVS, qui devictos Saxones legibus, Legatisque suis uti permittit, modo Christiani persisterent, præfectisque debita obedierent reverentia. Rem POETA SAXO d) ita effert:

Angu-

b) de invent. Rhotor. Lib. I. Cap. 38.

c) in Constitutiones Regias Procemii Glossa prima num. 3.

d) apud LEIBNITIVM Scriptor. Rer. Brunsvic. Tom. I. pag. 153.

Augustus pius ad sedem Saltz nomine dictam  
 Venerat. Huc omni Saxonum nobilitate  
 Collecta, simul has pacis leges inierunt:  
 Ut toto penitus cultu, rituque relicto  
 Gentili, posthac fidei se subdere vellent  
 Catholicæ, Christoque Deo servire per ævum.  
 At vero censum Francorum Regibus ullum  
 Solvere nec penitus deberent atque tributum  
 Cunctorum pariter statuit sententia concors.  
 Sed tantum decimas divina lege statutas  
 Offerrent, ac præsulibus parere studerent,  
 Ipsorumque simul clero, qui dogmata sacra,  
 Quique fidem domino, placitam, vitamque doceret,  
 Tum sub iudicibus, quos Rex imponeret ipsis,  
 Legatisque suis permisit legibus uti  
 Saxones propriis, & libertatis honore.  
 Hoc sunt postremo sociati fœdere Francis,  
 Ut gens & populus fieret concorditer unus  
 Ac semper regi parens æqualiter uni.  
 Hac igitur pacis se conditione fideles,  
 Se Carolo, natisque suis, stirpique nepotum,  
 Ipsius juraverunt per Secla futuros.

## §. 3.

At, quid si Leges sint imperfectæ? Nihilominus  
 ad novellationem haud statim provolandum est. Etenim  
 Legum (scribit VERNVLÆVS) e) imperfectionem  
 aliquam tolerare, quam mutando Reipublicæ statum  
 vertere longe præstat, aut præiudicium omnino fit  
 magnum.

## §. 4.

Cum etiam aut summa necessitas, aut summa uti-  
 litas expresserit; non tamen violente, ac subito, sed  
 leniter

e) Institut. Politic. Lib. III. Tit. 2. num. 5.



leniter, & pauxillatim fuscipienda est novellatio. Exemplo heic sit AVGVSTVS, qui referente LIPSIO f) sub initio imperii non omnia statim, uti decretum erat, exsecutus est: veritus, ne parum succederet, si simul homines transferre, & invertere vellet: sed quædam ex tempore disposuit, quædam rejecit in tempus.

§. 5.

Leges, ut vocant, sumptuariæ quantum Reipublicæ profint, credendum vix est. Ab experientia loquor. Regionem quandam cum prima vice inviserem, luxum ibi reperi modicum, sed pecuniam amplissimam. Post aliquot aristas eandem revidens stupebam auctum factum, & diminutas opes. Necessum itaque foret, ut brevi novellatio tentetur, ac novis Legibus sumptuariis refrænetur luxus. Interim apparent raro nantes in hoc gurgite novellatores. Ecqua rei hujus causa? Ego non aliam dixero, nisi quod ejusmodi novellatio ad salutem Reipublicæ quidem conducatur, contra seu ærarium publicum, seu novellatorum crumenam parum condenset.

§. 6.

Leges sumptuariæ non plebeis, sed primoribus præcipue scribendæ sunt. Tum enim hi sunt, qui Luxui potissimum vacent, eumque in Rempublicam introducant. Tum etiam sequax vulgus luxum brevi comescet, ubi primores modum observare, & certos intra cancellos sese continere compererit.

§. 7.

De novellationibus, quæ circa emendationem rei judicariæ, litiumque abbreviationem hodie non infrequentes sunt, heic dicere superfedemus. Materies

f) Politicorum Lib. IV. Cap. 9. num. 33.

ries enim isthæc cum ampliorem disceptationem exigat, eam speciali Dissertatione, quæ tertio juridicarum causarum mearum tomo favente numine præmittetur, tractare fert animus. Tantum tamen heic memorare fas sit, a meta quam longissime aberrare eos, qui ad personas quæ rem judicariam tractare habent, nil attendentes, nodum in Legibus, ac modo, seu ordine tantum modo quærunt. Similes mihi videntur patri-familias, qui satius ducit, supellectilem a domesticis minus curatam e domo projicere, quam ad poliendum pigros, admonitionumque furdos, vel stupidos dimittere famulos.

## §. 8.

Rem nummariam quod attinet, varias proh dolor novellationis novimus species. Vel nempe improba plane moneta cuditur, cujus exempla ut ignorentur, optandum foret. Vel boni subditorum nummi colliguntur, ex iis aliquid detrahitur, vel immutatur, atque ita diminuti, vel mutati æquali prorsus valore restituntur. Vel omnis argenti, aurique seu facti, seu infecti substantia subditis extorquetur, officinis monetariis inferri jubetur, ac proprietariis chartacea redduntur, aut signa, aut schedæ. Vel aurei pene nummi permutatione attrahuntur, ut deficientis auri pretium in immensum crescat, ac postea magno valore moneta cudi possit. Vel bonum monetæ genus confarcinatur, minusque valens moneta cuditur.

## §. 9.

Omnes hos novellandi modos, & summe detestabiles, & naturali, gentiumque juri contrarios, & Reipublicæ damnosos, principalique nomini, ac splendori exitiales esse res ipsa loquitur. Majestaticè non minus

minus quam vere CHRISTIANVS IV. Daniæ Rex g) FRIDERICVM VLRICVM Ducem Brunsvicensem ea de re hisce admonuit: Den ersten Punct betreffend, können wir leicht erachten, wie Wir auch sonst berichtet seyn, daß man E. L. damit einen blauen Dunst für die Augen gemacht, daß aus einem Rthlr. eßliche vil Daler der kleinen Sorten gemünzet, und dadurch E. L. Intra- den zwey oder drey doppelt gesteigert, und mit dem Ueber- fluß derselben Schulden und Beschwerden gedämpft wer- den können. Ob nun wohl solcher Ueberfluß bey uner- fahrenen im äußerlichen Ansehen etwa wohl einen Schein haben mögte, da doch die Sache auf innerliche Probe und vest gesetzt, besser nicht als die lose Münze selbst bestehen kan (dann der äußerlichen Verkleinerung E. L. Reputation, welche einem redlichen Manne, und zu voraus Fürsten bil- lig höher, als Land und Leute, ja als die ganze Welt und alle zeitliche Wohlfahrt, auch Leib und Leben, angelegen seyn soll; wie gleichfalls der Ubertretung der Reichs-Ord- nungen, wozu E. L. als ein vornehmes Mitglied des Kö- nighen Reichs nicht allein anderen geringern Ständen zum Exempel seyn, sondern auch, weil E. L. bey der Lehns-Em- pfängniß dieser und anderer Regalien einen urthätlichen Eyd geleistet, des Gewissens halber verbunden seyn; noch zur Zeit gänzlich zu geschweigen, und den Nutzen allein an die Spitzen zu stellen) so wird sich im Grunde der Wahr- heit nichts anders befinden, denn daß Landdrosten und der- selben Anhang den Vorthail nur allein davon ziehen, und E. L. zu dem unredlichen Schimpf von diesem Münzwerck den Schaden noch dazu haben, und derselben armen Land und Leute in unwiederbringliche Ruin und Verderb dadurch gar herunter gesetzt werden. Dan E. L. belangend, kan

g) Im Erinner- und Vermahnungsschreiben vom 23sten Dec. 1620. quod exstat in Domini de MOSER teuffhem Hof-Rechte Tom. II. Num. I. pag. I. derer Beylagen.

deroselben unverborgten seyn, welchergestalt dieselbe so wohl Uns als anderen Herrschafften und auswärtigen Creditoren mit ansehnlichen Geld-Summen an schwerem Gelde und harten Rthlr. in specie verhasstet seyn, wann nun dieselbe mit dergleichen untüchtigen Sorten ihre ausgezahlte gute Gelder nicht verzinsset, vielweniger die Capitalien bezahlet nehmen wollen, so werden E. L. die Rthlr. in eben so hohem Werth, als sie in Dero Landen und anderswo gültig seyn, einwechseln, und der schlimmen Münze um so viel mehr als sonst bey vorigen richtigen Münswesen dafür geben müssen, welches dann E. L. eingebildeten Vorthail wiederum hinwegfressen wird: Und obwol E. L. die aus ihrem Bergwerck genommene Silber etwan zu solcher Verzinsung ver Münzen lassen wollten, weil wir jedoch vernehmen (inmassen Uns E. L. Wesen wenig verborgen bleibt) daß so wohl die Hölzung am Harze, als sonst hin und wieder durch Ausrottung und Verwüstung die Füsse merklich nach sich ziehen soll, dergestalt daß E. L. zu Dero Bergwercke, Nothdurfft und Behuff nunmehr das Holz aus fremden Fürstenthümern einkauffen und zuführen lassen muß, welches dann in Abzug der Bergintraden kommen, und dieselben zimlich verschmälern muß; als wissen Wir zwar nicht, ob dieselbe allein zu solchen hohen Verzinsungen anreichen werden, und da gleich dieselbe geschehen könnte, würden E. L. dennoch an solchen, des vermeinten Vorthails ja nicht zu gewarten haben; Gleichmäßige Bewandtniß hat es mit alle demjenigen als Gewand, Seidenwahr, Gewürz, Wein, und andern, so E. L. zur Hoffhaltung und Nothdurfft in großer Menge aus fremden Landen bringen lassen müssen, woselbst E. L. Münze entweder herunter oder gar abgesetzt, da E. L. alle solche Wahren daselbst mit schwehren Gelde, oder in eigenem und anderen Fürstenthümern, da die leichte Münze noch häufig, gleichwol nach schweren Werth (sintemahl solches alles auf die Wahren geschlagen wird, und dieselben

der

der Münze halber so hoch aufgestiegen seyn) bezahlen müssen; hingegen bleibt das Getreydig, worinnen E. L. Intraden vornemlich besichen, mehrentheils im vorigen Kauff, wie dasselbige auch etliche Jahre her in gar geringem Preiß gewesen, und müssen E. L. sich dasselbe mit ihrer eigenen geringen Münze also bezahlen lassen; wie nun ein Haus (wornach die Rechnunge über andere auch leicht zu machen) hiebevör 10000 guter Rthlr. ertragen können, also bringet es anjesho nur 10000 schlechter Rthlr. womit E. L. wann Sie dieselbe zu obengedeuteter Behuf wider anlegen wollen, mehr nicht als mit 4000 Rthlr. ausrichten können, woben E. L. den grossen Abgang und Verlust an Ihren Aufkufften, weil die Rthlr. so hoch gestiegen, greiflich zu spüren und abzunehmen haben. Aus ebenmäßigem Grunde müssen E. L. Unterthanen, sonderlich aber die Rittertschaft und Bauern, so sich von Ackerbau erhalten, und eben keine Gelder auf Zinsen stehen haben, ja mehrentheils in Schulden schon über die Masse beschweret seyn, nothwendig herunter kommen, und gar zu scheitern gehen, indem sie wolfeil verkauffen, und dagegen theuer einkauffen müssen, auch der Debitoren Schulden durch Steigerung der verschriebenen Münze noch zwey oder drey mahl so hoch, als sie tempore contractus gewesen, aufgeschwollen seyn, welches endlich den Strich nicht halten kan, und obwol in Erwezung dessen E. L. dieselben durch ein in Druck gefertigte Constitution zu retten vermeinen, weil jedoch E. L. Unterthanen der Handlung an fremden Orten, da bemeldte Constitutio so wenig als die lose Münze gültig ist, durchaus nicht entrathen können, so möchte ihnen, sondern allen Zweifel, so wohl, als auch E. L. selbstien mit Abschaffung des jezigen falschen, und Erinnerung des alten redlichen Münz-Gangs besser gerathen und abgeholfen werden, angesehen, daß auch die Gleichheit Handels und Wandels wieder aufgerichtet, die Theurung in etwas gedämpfet, und vieler ander Unrath weggeräu-

met werden könnte; solches hätten E. L. Land-Drosten (denn es nunmehr ein Kind mercken kann) leichtlich zu begreifen, wann sie der Eigennuß und Geiz-Teuffel nicht besessen, daß sie E. L. Reputation und Aufnahm des Landes und gemeinen Bestens Wohlfahrt, ja auch ihre eigene schwere Pflichten, Gewissen, und Gott den Allmächtigen selbst dagegen ganz und gar nicht zurück und ausser Augen gestellet hätten, denn sie und ihre Werkzeuge aus diesem Unwesen (welches unserm und aller Verständiger Erachten nach, E. L. und Deroselben Fürstenthümern weit schädlicher ist, als der Braunschweigische Krieg gewesen, noch des Spinolæ öffentliches Feldlager etwa der Pfalz anjese seyn kann, sintemahl nur ein kurz und zeitlicher Durch- und Ubergang ist, welchen folgende Jahre durch Gottes Seegen verhoffentlich wohl ersetzen können, die durch unrichtiges Münz-Werck eingeführte Theurung aber in Ewigkeit gänzlich nicht abgeschaffet, und zu vorigem Stande wird wiederum gesetzt werden können) ihren Nutzen und Gewinn rechtschaffen suchen, und den Braten nur einzig und allein davon ziehen, indem die Münz-Meister ihnen erstlich von jedweder aufgerichteter Münze ihre willkührliche ansehnlichen Summen gleichsam zu Belohnung ihres jährlichen Fleißes reichen müssen, welches dann die Ursach ist, daß die Münze nicht allein verändert, sondern auch auf Kayserl. fiscalische fast ehrenrührige Anklage zum Spiegel-Zechten zwar so bald abgeschaffet (welches endlich so wohl E. L. als auch den Anstiftern, sonderlich weil die Kayserl. Autorität durch neulichen Böheimischen Sieg das Haupt wieder empor richtet, übel ausreißen dürffte) andere viel neue aber zu diesem Vorthail wieder angeleget seyn. Fürs andere, bringet ihnen die Liefferung, wie mans nennet, gar ein statliches; derowegen sie so eiffrig darauf seyn, und so wenig Eingriffe dazu leiden können, daß ihrer einer ohnlängst einen Hessen, so etliches Silber ins Land Braunschweig auf die Münz geliefert, nicht allein

lein unter einem güetlichen Schein zu sich beschieden, und verrätherisch in die Haft genommen, sondern ihn auch mit scharffer Bedrohung nicht ehe erledigen wollen, bis er ihm zu übermäßiger Straffe, welche ihm doch nicht gebühret oder zukommt, zu seinem Vortheil viel tausend Rthlr. endlich versprechen und verschreiben müssen, gerade als wenn sie in der Schinde- oder Schaberey eben das Monopolium haben müsten, und sonst niemand dazu zu verstaten wäre; und ob sie wohl zum dritten E. L. in beschwerlichen und kostbahren Sachen, als Kohlen und anderen Materialien (woburch eine unwiderbringliche und den Nachkommen insonderheit unerträgliche Verwüstung angerichtet wird) den Vorzug gerne gönnen, so hat es doch in der freyen Ausbeute viel eine andere Gelegenheit. Dann wann dieselbe in drey Scheide geschlagen würde, nimmt ihrer einer zwey Theil hinweg, daß sich also E. L. als die sich auch nicht viel darum bemühen und sorgen dürfen, mit einem und also dem dritten Theil wohl begnügen und abspeisen lassen müssen.

§. 10.

Quando autem extrema, cui nemo sapiens legem ponit, necessitas urget, Principi metalla miscere, vel de pondere partem aliquam deträhere quidem fas est. At, ubi necessitas transivit, prava ista moneta antiquanda est, & adulterandi licentia tollenda. Quippe propter pecuniæ pravitatem plerumque commercia cessant, & odio populus in Principem confurgit. Ipsa etiam annonæ & mercium caritas crescit, cum ita comparatum sit, ut, quod de pecuniæ bonitate detractum est, recuperare carius vendendo mercatores velint. Ita laudatus supra VERNVLAEVS h).

§. 11.

Dignissima novellationum mensis, sunt tributa, census, contributiones, collectæ, collationes, vectigalia

D 3

h) cit. Libr. III. Tit. 7. num. 5.

lia, portoria, telonia, & cujuscunque demum generis fuerint, exactiones. In hæc incidunt, circum hæc laborant, ac sudant Novellatores, non secus ac messorum, quos flavis arvis agricola inducit. Fateor campum esse latissimum, fertilissimumque. At neque adeo facilis aditus, nec secula adeo tractabilis, ut quidam sibi imaginantur. Faciamus periculum.

## §. 12.

Quo leviora, & justiora tributa, eo tranquiliorem, eo beatiorem Rempublicam esse, commune politicorum fert axioma, cui non contradicunt, neque inficiantur, nisi fideles MACHIAVELLI assentiant. Ad ductum axiomatis itaque omni studendum est modo, ut illæso Reipublicæ ærario census leniatur, atque ea vectigalium surrogentur genera, quæ subditis minime molesta sunt, et incommoda. Ast hoc opus, hic labor est. Et qui illud dextre executus fecerit, non modo omne punctum feret, verum etiam summis a Republica præmiis mactari meretur.

## §. 13.

Siquis propositum axioma ob nimiam difficultatem, subjectique raritatem quodammodo antiquatum obtenderit, nullus resisto. Quin potius ipsemet libere enuncio, novellatores fere plurimos lucrum ex omni occasione odorantes, fronte gravi, & supercilio tristi utilitatibus Fiscii contumaciter incumbentes, ac præter imperatas pecunias privato compendio suo servientes hodie in eo occupari, ut vectigalia multiplicentur, atque exasperentur. Hæc scilicet ars magna est, hæc occulta Philosophia, hic Philosophorum lapis, quem ego (ut verum fatear) nullatenus capio. Non capio enim, quid artis, ingeniive sit, multiplicare tributa quorum duodecim genera singulo die generandi



randi & hebetissimus capax est. Non capio pariter, qui homo vel parum humanus humanitatem adeo abiicere possit, ut infinitos miseros reddat, quo vel unius lucellum aucupetur, vel utilitate communi posthabita proprium tantummodo repleat marsupium.

§. 14.

Et qui caperem? Inprimis namque ejusmodi multiplicatores, dum Majestatem extollere praetendunt, principalem conscientiam dejiciunt, nomenque obfuscant; prout moribunde quidem, interim sat vive edisseruit Diius LVDOVICVS i) in supremo elogio suo PHILIPPVM assatus: *Fili religiosus imprimis erga Deum esto, benignus, ac liberalis adversus egentes, Legum, ac morum huius Imperii custos, ac vindex acerrimus; a vectigalibus, et tributis abstineto, nisi te summa vis necessitatis, ac utilitatis publicae justissima causa ad hoc compellat: sin minus tyrannum te potius, quam Regem futurum putato.* Dein mentham anethumque decimantes saepius commercium, verum Reipublicae thesaurum evertunt, ac destruunt. „Cum „ante aliquot annos (magnus scribit CONRINGIVS) k) „frumentum, quod in Dantiscanos & Pillavianos portus venerat, Rex Poloniae majori vectigali onerare decrevisset, eique a Batavis objiceretur, idem ex Moscovia peti posse, sicque Poloniae, & Dantiscanorum commercia facile inverti posse, ab incepto Rex, magno subditorum suorum bono desistit. Quotusquisque item est, qui non videat gravissimam, ex eodem fonte natam, commerciorum maris Baltici urbium jacturam? Dum scilicet omnes fere portus nimio vectigali gravantur, hinc fit, ut commercia inde in Moscoviam transferantur.

D 4

Porro

i) apud BODINVM de Republ. Lib. VI. Cap. 2. p. m. 1025.

k) in Dissert. de Vectigalibus §. XXIV. Oper. Tom. IV.

pag. 943.

